



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies  
Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

S. Franciscus De Paula. 2. Aprilis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

## S. FRANCISCUS DE PAULA.

2. Aprilis.

**F**RANCISCVS DE PAVL A decimo tertio ætatis anno , à parentibus ex voto sancto Francisco consecratus, monente Deo, novam Religionis familiam Minimorum nuncupandam condidit. Piorum ope ædiculā sacram molientem sanctus Franciscus monuit, ut angustiis illis prolati, ampliorē faceret : impensas causantem fidere Deo jussit ; muris ergo dejectis , mox ab homine copioso magnam vim auri in opus accepit. Cūm virtutibus omnibus abundaret , ardebat tamen charitate maximè, quæ ad illum cælo defluxit globo igneo inscripta , ejus tessera futura & Ordinis insigne. Ea flamma cum totum hominem corripuisse, nihil mirum est , ardentes deinde titiones impunè tractasse , subiisse caminos , cibos quin adeò absque foco solâ Charitatis flammâ percoxisse : sed animos hominum eodem incendio ambusssit , & extremis odiis dissidentes non alio ferrumine colligavit , artificiosus in miracula sancti Amoris. Ut cum fratribus duobus pomiferæ arboris causâ inimicitiias inter se alentibus , arborem dissilire mediam jussit , neuter ut uno pomo esset ditior ; vel cum pauperum caussam apud Regem acturus numum aureum inter digitos diffregit , ex quo cum sanguis copiosè manaret , inopum eum esse dixit , qui acerbis exactionibus exugerentur. Hâc denique virtute ad cælum subiectus est anno M.D.VII. eâdem fiduciâ aërem transvolans , quâ olim mare pallio suo instratum enavigavit. *Ex vitâ.*

*Quàm pulchrum est, quàm decorum, vulnus à Charitate accipere. Alius jaculum carni amoris accepit,*

H 2

alius

2. April.

172 VITÆ SANCTORVM. 2. Apr.

alius terreno cupidine vulneratus est ; tu nuda patuum, & præbe te jaculo formoso ; siquidem Deus gittarius est. Orig.hom.2.in Cant.

S. GENOVEFA PALATINA 2. Apr.

**G**ENOVEFA Brabantiae Ducis F.Sifridi Cor  
tis Palatini conjux, post votum DEIPARA  
etum filium enixa est, id temporis Sifrido in S  
agente. Interea Golo, qui pro Duce Rempub  
ministrabat, cum pudicitiam sæpè sæpius Ge  
VEFA nec quicquam tentasset, ut scelus sceler  
geret, apud reducem Principem in suspicio  
cam adduxit, ac si alieno ex toro filium sus  
set. Maritus continuò crimen cum matre & pu  
aquis jubet margi. Sed mitiores domino fam  
cum in silvas utrumque exposuissent, domi se  
perata peregrisse ad simularunt. Nec defuit et  
inter silvas afflictis miserorum MATER, sed  
vam misit, quæ statâ horâ quotidie infantu  
præberet. Annus agebatur orbis restaurati  
exilii GENOVEFA V. cum Sifridus, dum feras  
rit, in homines offendit, in iis conjugem &  
rum, in utroque crimen suum agnoscit, VIRO  
verò SOSPITATRICI id loci templum struit.  
ejus beneficia urbes taceant, vel silvæ loquan  
*Ex Molano.*

*In quacunque hominum verseris frequentia,  
aliena conversationis esse aut curiosus explorator,  
temerarius judex : & si actum quid deprehendes,  
sic judices proximum, magis autem excusa. Ben  
duod.grad.Hum.*

S.M

E Rat  
ten  
ne, cave  
rant Pie  
ratione  
Deipara  
se obtul  
candor  
mites, i  
nubium  
si morib  
stiteris,  
nem. N  
ligioni  
oculis,  
manun  
trigesin  
ta est. M  
geret,  
rant. It  
quam  
tis ind  
corrip  
illa ge  
hinc a  
cem P  
bus m  
Vt  
pat vi  
verius  
ipfius